

2. D. B. V.

1703, 3a 16.

13

DISPUTATIO JURIDICA,
DE

REGALI POSTA- RUM JURE,

QVAM
AUSPICIS DIVINI NUMINIS

EX

DECRETO ET AUTORITATE MAGNIFICI ICTO-
RUM ORDINIS IN ILLUSTRIS VIADRINA,
PRÆSIDE

DN. SAMUELE COCCEJO,
HENR. Fil.

J. U. D. & JURIIUM PROF. PUBL. ORDIN.

*Fantore atq; studiorum suorum Promotore æternum
devenendo,*

Die XII. Maji Ann. M DCC III,
publicè defendendam
fufcipiet

URBANUS JOHANNES LÜBBECKE,
Schlaviâ - Pomeran.

FRANCOFURTI ad VIADRUM,

Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.

10.

DISPUTATIO JURIDICA
 REGALIA POSTA.
 JOH. CAMERICO
 WARTENBERG
 DECRETUM ALBERTI MAGNI
 DE SAUWALDE OCCURSO
 DE VII. JUNII MDCCLIII
 JOHANNES JOHANNES LUBROCK
 CHRISTOPHORI ZEHLER



Illustrissimo atq; Excellentissimo
DOMINO,
DOMINO
JOH. CASIMIRO
DE
WARTENBERG,
S. R. I. COMITI,

AUGUSTI REGIS BORUSSIÆ REGIIq;
CUBICULI PRÆFACTO, ET COMITI STABULI SUPR-
MO, REDITUUM PUBLICORUM DIRECTORI GEN-
RALI, PRÆFECTURARUM OMNIUM PRÆFEC-
TIO SUMMO, CURSUUMQVE PUBLICORUM GENERALI
HÆREDITARIOq; MAGISTRO, ORDINIS
BORUSSICI CANCELLARIO,
&c. &c. &c.

Domino Patrono atq; Mæcenati suo
Longè Benignissimo.

Illustrissime atq; Excellentissime

COMES,

Domine Gratosissime.



Vod prærupta montium rupiumq; jugas scandentibus contingere solet, ut titubante pede, trepidiq; metu emetiantur iter; Id certè iis evenire suspicor, qui ad summos Viros, quos meritorum magnitudo in supremo dignitatis culmine constituit, aditum meditantur; præsertim, si insigne illud intervallum, quo ab iis secernuntur, paulo curatius

tiùs expendant, & se humi repentes,
hos in sole positos conspiciant; cui,
quo propius admoventur, eò cele-
riùs circumfuso radiorum fulgore
ac fulgure repelluntur. Hoc sanè si
alium quenquam, me imprimis te-
nuit sollicitum suspensumque, cum
mentem subiret cogitatio, de hisce
studiorum meorum academico-
rum primitiis *Illustrissimo* Nomi-
ni Tuo submisè dedicandis, conse-
crandisve. Animus namque meus
tacito tremore, sui que abreptus
diffidentiâ, causas suggerebat non le-
ves, quibus poteram de proposito di-
moveri. Præterquã enim quod cor-
ruscantis Dignitatis Tuæ fastigium,
mea-

meæ fortis tenuitatem pensitan-
dam daret, id unum accedebat ma-
ximè, quod per illam nullo Tibi no-
mine notus, rem satis arduam susci-
perem, eoque nihil certi de prospe-
ro instituti mei successu mihi pos-
sem polliceri. Enim verò, vicit illud
omne, atque evulsit ex animo, omni-
um linguis pervulgata Tua Cle-
mentia, quam nexu plus quam so-
rorio Dignitati Tuæ ita conjun-
xisti, ut ad unum omnes Te ceu
splendidissimum quoddam sidus, i-
demq; serenum ac propitium reve-
reantur.

Quid ergo ulterius me poterat
morari? cum ipsius materiæ venti-
landæ,

landæ cum *Illustrissimo* munere
Tuo affinitas, indeq; adscita nobili-
tas & præstantia, faces mihi haud in-
vitas subderet. En me igitur sup-
plicem *Domine Gratosissime*, qui
omnem, si quæ in me est, temeritatis
notam amoliri, Tuamq; in me gra-
tiam derivare unicè efflagito. Vide-
rer inconsiderantiùs loqui, si illam
omnem deposcerem, cum alios
multos eâ digniores, ejusque mi-
nimam partem felicitati meæ &
inchoandæ & stabiliendæ sufficientis-
simam nôrim, unde id solùm omni-
bus precibus contendo, ut Beni-
gnitatis Tuæ radiis hocce meum
schediasma corruscari ac, aliqua-
lem

lem eorū partem in me quoq; prolabi
patiaris ; utpote à quibus ego om-
nem vitæ meæ felicitatem exspecto.
Supremum autem Numen, quod
Lumine suo omnia implet, omnes
illos, nova splendoris accessione
candidiores, ad Te remeare atq; re-
verti jubeat, quo mihi, omnibꝫq; , qui
Reipublicæ benè cupiunt, Te, Regni
Borusfici Lumen atq; Columnen ful-
gentissimū ac illustrissimum, diu ve-
nerari liceat, quod piâ mente fovet

*Illustrissimi atq; Excellentissimi
Nominis Tui*

Devotissimus ac humillimus Cliens

URBANUS JOHANNES LÜBBECKE.



DISPUTATIO JURIDICA,
DE
REGALI POSTARUM JURE
Prooemium, ubi de utilitate &
origine Postarum.

§. I.

R*Empublicam duabus conti-
neri rebus, præmio & pœnâ,
ex doctrina sapientissimi So-
lonis refert Cic. ad Brut. ep. 15.
Et alibi ait: Nec domus nec res-
publ. ratione quâdam & di-
sciplinâ designata videtur, si in ea nec recte
facti præmia exstent ulla, nec supplicia pecca-
tis. de Nat. Deor. lib. 3. in f. Quam auream
doctrinam postea amplexum quoq; est jus Ro-
manum, quippe quod cives suos bonos non so-
lum metu pœnarum, verum etiam præmio-
rum*

A

rum

rum quoq; exhortatione efficere cupit. L. 1. §. 1. ff. de Just. & Jur. Hinc cum Cic. de Orat. L. 1. dignitatem ac utilitatem Juris Civilis commendat, hoc unicum ceu immotum allegat argumentum, quod ibi verus justus atq; honestus labor honoribus, præmiis atq; splendore decoretur, vitia autem hominum atq; fraudes damnis, ignominis, vinculis, morte multentur. Adeo ut Lyfander aliquando quæ nam optima sit respublica rogatus, non immerito responderit: *Eam, in qua fortibus viris ac malis congrua redduntur.* Pluth. in Lacon.

§. II.

Uti enim metu legum coercetur humana audacia, tutaq; redditur inter improbos innocentia, Caus. 23. qv. 5. c. 39. ita quoq; propositis præmiis admodum utilitati reipubl. consulitur, studiaq; tam civium quam extraneorum ad illam promovendam excitantur, adeo ut sine reipublicæ discrimine præmiorum distributio omitti nequeat: quam in rem egregie diserit Cic. Or. 35. p. m. 718. *Si imperatoribus nostris, si senatui, si Populo Romano non licebit propositis præmiis elicere ex civitatibus sociorum atq; amicorum fortissimum atq; optimum quemq; ad subeunda pro salute nostra pericula, summâ utilitate ac maximo saepe presidio in periculis*
atq;

atq; a speris temporibus carendum erit. Et mox:
 Etenim cum pro sua patria pauci post homi-
 num genus natum reperti sint, qui nullis præ-
 miis propositis vitam suam hostis telis obje-
 rint, pro aliena republ. quenquam fore puta-
 tis qui se opponat periculis nullo proposito præ-
 mio. additque rationem Lib. 2. de Invent. c. 25.
 in f. si enim benè de republ. meriti premio non
 afficerentur cæteri à virtutis studio repelleren-
 tur.

§. III.

Abundè hoc expertæ sunt illæ Gentes ubi
 virtutibus splendor, industriæ præmium, arti-
 busq; honor est propositus: hæc enim causa &
 origo est Deorum Gentilium, quam in terminis
 affert Cic. de Divin. lib. 3. p. m. 340. In pleris-
 que civitatibus intelligi potest, augenda virtu-
 tis gratia, quo libentius rei publ. causa pericu-
 lum adiret optimus quisque virorum fortium
 memoriam honore Deorum immortalium con-
 secratam, hinc orta illa trophea, Coronæ, statuæ,
 laureæ quarum spe homines sapius ad summa
 quæq; enitebantur.

§. IV.

Nunquam tamen præter Germanos aliam
 existitisse gentem memoriâ traditum accepimus,
 adèd de remuneranda virtute sollicitam. Te-
 statur

statur hoc illa illustris feudorum materia, (quæ solis Germanis originem suam debet, & ad conservandas devinciendasq; illustres familias unice introducta est id quod egregie demonstrat, *Dn. Coccej. in Hyp. Jur. feud. tit. 1. §. 4. & tit. 2. §. 7.*) Et apprimè quotidiana confirmat experientia: Ita cum Seculo XVI. *Dn. de Taxis* Postarum rationes accuratius exputasset, & eam rem in Imperio ad effectum perduxisset, hoc ipsum Postarum officium quasi præmii loco à *Car. V.* ei in feudum concessum est, uti diploma exstat apud *Cæsar. Turrian. Glorwürd. Adler. pag. 134.* Tanta enim imperatori hæc res videbatur, & adeo civium Gentiumq; inde promoveri existimabat utilitatem, ut non minus præmiū Illustrissimo Autori constituendum videretur, *Celeberr. Wagens. de Offic. & Suboff. c. 2. §. 3.*

§. V.

Utilitas autem reipublicæ & principis, quam è cursuum publicorum usu percipiunt, evidens est, utpotè *cum nihil magis è re principatus esse possit, quam si princeps quid in quocunque ejus angulo geritur, probè exploratum habet* *Limn. Add. t. 2. ad l. 2. c. 9. n. 134.* nam ob hanc causam jam olim *Cyrum* cursum publicum instituisse *ex Xenophonte L. 8. Cyrop.* tradit *Brisson. de Regn. Pers. L. 1, p. 146. quo mutatis ad cele-*

celeritatem equis per veredarios brevi temporis spatio certior fieret omnium, quæ in remotissimis & longo locorum intervallo distinctis regni partibus gererentur: Idem de Augusto lego apud Suet. in Aug. c. 49. Et quo celerius, ac sub manum annuntiari cognoscique posset, quid in provincia quaque gereretur, juvenes primo modicis intervallis per militares vias, dehinc vehicula disposuit &c. ita Ludov. XI. primus in Gallia instituit postas, ut de fortuna Caroli Burgundi singulis penè momentis cognosceret. Reink. de Regim. Secul. L. 1. Clasf. 5. cap. 6. n. 135. Præterea non parvum fisco inferunt vectigal, vid. Limn. d. l. Befold. thes. pract. voc. post. Egregiè hoc ita explicat Theodoricus Rex Gothorum apud Gold. Tom. 3. Const. Imp. p. 34. Non dubium est ad utilitatem publicam cursus custodiam pertinere: per quem nostris constitutionibus celerrimus præstatur effectus: Et ibid. p. 62. Per hanc enim legationum utilitas & ordinationum celeritas explicatur. Hæc & aulicis potestatibus per varias iussiones ministrat effectum. Hæc crebris illationibus nostrum ditat ararium.

§. VI.

Nec minor inde in privatos & singulos cives, sive iter facientes sive literas aliorum mittentes,

tentes, idq; sive belli sive pacis temporibus, redundat utilitas, quam nervosè describit *Limn. d. t. 2. add. ad L. 2. c. 9. n. 134.* Ut nimirum de *Succesſu rerum* & aliis necessariis ii reddantur certiores quorum interest, illi verò quibus absoluta congregandi potestas data non est, jussa & citius recipiant, & occasione oblata, eadem feliciter exequantur. Et mox de iisdem postis ait: *Ille necessarium & longum iter brevi tempore confecturis, literas ve vel commerciorum vel aliarum utilitatum causâ transmissuris, maximè utiles sunt:* Eleganter quoq; & paucis utramq; utilitatem complectitur *Ant. Perez. in Cod. tit. de curs. publ.* Per hos cursores princeps intelligit, quid ubiq; geratur: motus gliscientes compescit, mandata dat subditis, & magistratus sua ad principem obsequia & responsa deferunt: Per hos legati explorant arcana, & sciunt quid in aulis principum agatur, ut ea principibus suis denuncient. Per hos merces suas per totum terrarum orbem mercatores, distrabunt, pecunias quocunque locorum paucis verbis mittunt &c.

§. VII.

Omnibus autem gentibus & populis cursus aliquis cognitus fuit, etſi in modo differentia fuerit: Antiquissimus omnium apud Persas existat, utpote

utpotè apud quos curforum jam mentio fit in
 Lib. *Esther* c. 3. v. 5. & 13. Item c. 8. v. 10. quos
 Cyrus 500. ante Christum natum annis institu-
 isse fertur; videatur *Xenoph. Cyrop. lib. 8. Hörn.*
de Jur. Post. c. 4. Schwed. Jur. Publ. part. spec.
Sect. 1. §. 7.

§. VIII.

A Persis transfivisse hunc morem ad Roma-
 nos communis est opinio, quæ à vocis origine
 corroboratur: Cursus enim publicus est species an-
 gariarum t. t. C. de *Curs. publ. & Angar. & c.*
 Angariae autem vox persica est *Hörn. de Jur.*
post. c. 9. theor. 1. n. 4. & Cap. 19. theor. 3. n. 3.
Christin. Vol. 9. dec. 156. n. 7. (Disl. variè Dd. a-
 pud *Besold. Thesaur. Pract. voc. post.*) adeoq;
 rem ipsam cum voce ad Romanos pervenisse
 credibile est. Quo verò tempore apud Roma-
 nos institutus fuerit dubium videtur: *Suetonius*
 enim ad Augusti tempora referre videtur, in *Aug.*
c. 49. at verò *Livius* ante jam fuisse curforum
 usum probat apud *Hörn. c. 4. in fin. & c. 13. n. 6.*
 Sed facilis videtur conciliatio, si modum, for-
 mam, & ordinem demum cursuum publicorum
 ab augusto introductum, cursum verò ipsum
 jam ante obtinuisse dixeris *Add. Lips. Cent. 3.*
Epist. 59.

§. IX. De

De more Germanorum circa cursus publicos sterilis est antiqua historia, unde nullos vel vix ullos ibi fuisse planè persuasum mihi habeo: Principes enim suos cursores domesticos habuisse, qui negotia principis domestica expediebant, perquam probabile est. Judicia quoq; suos nuncios habuisse quos *Frohnbotten* appellabant, apparet ex monumento apud *Schilt. Ex. ad ff. X. Coll. 3. l. a.* & ex illis quæ tradit *Frid. Husan. de homin. propr. c. 6. n. 53. Besold. thes. pract. tom. 1. voc. Frohn. Et in addit. ibid. Speidel. Specul. Obs. voc. Botten.* Civitates quoq; suos nuncios habuisse ex litibus illis inter Civitatem Norinbergensem & comitem de Taxis initis constat apud *Hörn. de Regal. post. Jur. c. 19. p. m. 434. Et c. 19. p. 449.* Comites, Barones, Nobiles & alii feudorum possesores, investiri solebant, mit *Frohn und Diensten/ Klok. de Contrib. c. 2. n. 38. Balthas. de Operis Subdit. c. 7.* Sub his autem etiam continebatur das *Bottenlauffen*; id quod confirmat quotidiana Germaniæ ferè universæ praxis; ita enim hodieq; monasteria, nobiles &c. hoc onus quasi speciem der *Frohndienste* subditis suis imponere solent, & *Frohn-Lauffen* appellant, idque ita confirmat *Besold. Thes. pract. voc. Frohn.* & in ducatu Brunsvicensi per

per *Reces. provinc. zu Salz-Dalum / An. 1597.*
 §. 8. publicè decretum fuit. Sic in Saxonia rustici
 sæpius questi sunt, quod etiam diebus festis tabu-
 latorum vices subire cogantur. *Wehn. Obs. pract.*
voc. Dingnotul. Coler. Proc. exec. p. 1. c. 9. n. 58.
 Reliqui vero cives & subditi, qui rusticos non
 habebant, privatorum hominum operam con-
 ducebant præstitâ mercede, nec decrant homines,
 qui hanc operam publicè profitebantur; quo per-
 tinent die *Metzger-Posten / Rauffmanns-Pos-*
ten &c. *Dn. Coccej. de Jur. publ. c. 23. §. 54. Hörn.*
de Regal. post. Jur. c. 19. Nam & apud Roma-
 nos, quin apud omnes Gentes id olim fieri consue-
 vit, ut privati quoque literas, misis ad invicem
 tabellariis, perferrent, ita in *L. 65. pr. ff. de Acqu.*
rer. Dom. Si miseris ad me tabellarium tuum,
& mox, simul atq; tabellario tuo tradidero,
Add. Cic. lib. 14. Ep. pen. &c.

Seculo autem demum xvi. Illustrissimus Co-
 mes de Taxis rationem quandam Cursuum pu-
 blicorum excogitavit, quæ non in Principis so-
 lum, sed & civium, quin vicinarum quoq; Gen-
 tium utilitatem tendere deberet. *Vid. sup. §. 4.*
 Hæc felicissimo successu, omniumque applausu,
 non tantum in universa Germania, sed & vici-
 nis regnis avidissimè recepta est: Sic mox in Gallia
 Ludov. XI. Cursum talem publicum instituit te-
 ste

ste *Comina Hist. L. 8.* In Hispania Philippus, Maximiliani filius, *Speid. Spec. Obs. voc. post. de Anglia vid. Speid. d. l. & c.* Adèd ut meritò Juris Gentium dici possit, utpote cum usu & necessitate exigente inter plures gentes cursus ejusmodi publicus sit receptus. *Conf. Horn, de Jur. post. c. 3. theor. 4.*

§. X.

Uti verò res ipsa nova est, ita novum quoq; nomen cursibus his inditum videmus; Dicuntur enim *POST Æ*; Scil. à positis equis, qui secundum *Brun. ad tit. de Curs. publ. n. 1. in certis locis habentur, ut vel res vel personas transeuntes ad alium locum transferant.* quo sensu *Horn, d. tr. c. 9. theor. 1. in f. postas vocat, quasi positos collocatosq;ve in certo loco, & semper excubantes.*

§. XI.

Et de harum postarum jure ac privilegiis præfens nostra erit tractatio, quam quinque capitibus explicatam exhibemus. Primum erit. *De Jure Principis circa Postas, ejusq; obligatione.* Secundum, *de Jure circa postarum præfectos, eorumq; officiales.* Tertium, *de Jure circa personas, & res postæ commissas.* Quartum, *de Officio aliorum ratione Postarum.* Quintum *de variis Postarum privilegiis:*

CAPUT

*De Jure Principis circa Postas,
ejusque obligatione.*

§. I.

Postas instituere, id est nuncios, eosque vel equo vel rheda mittere, jure naturæ unicuique privato per totum terrarum orbem permisum est, quia hoc casu tam mittens quam misus suo & communi hominum jure utuntur, & vi juris transitus mutuique commercii quod jure Gentium ac vigore humanæ societatis inter omnes obtinet (*Vid. l. 24. pr. l. 25. ff. damn. inf. L. 1. pr. ff. Loc. & itin. publ. Grot. de Jur. Bell. & pac. Lib. 2. cap. 2. §. 13. tuti sunt.* Quod adeo praxi Imperii receptum est, ut si quis alium viâ publicâ prohibeat, Camera mandata sine clausula contra prohibentem decernat, *Sixt. de Regal. L. 2. c. 2. n. 28. seq. Rosenth. de Feud. cap. 5. Concl. 21.* ubi plurimis hanc sententiam firmant præjudiciis. Atque ita apud omnes ferè Gentes nuncios privatim mitti consuevisse demonstravimus in *procem. §. 9.*

§. II.

Ast vero talem aliquam postam instituere, quæ sola eundi potestatem habeat, omnibus reliquis prohibitis, protectionem insuper, seu saluum

conductum ei concedere, variaq; & singularis-
 ma tribuere privilegia, & leges circa illud nego-
 tium statuere, hæc demum sunt quæ autorita-
 tem principis requirunt; eoque nomine hoc jus
 Postarum regale est, & merito dicitur. Vid. *Six-
 tin. de Regal. l. 2. tit. 12. n. 313. Dn. Coccej. Prud.
 Jur. publ. c. 23. §. 54. Reink. de Regim. Secul. l. I.
 clasf. 5. c. 6. n. 134.*

§. III.

Unde apud omnes Gentes Summas territo-
 riorum potestates sibi cursus publicos vindicas-
 se, demonstravimus exemplis Persarum, Gallia-
 rum, Angliæ, Hispaniæ, &c. *in proem. §. 9.* Idque
 apud Romanos adeò verum erat, ut nec privatis
 uti licuerit cursu publico sine diplomate Princi-
 pis *Plin. ep. 10. Brunn. ad Cod. de Curs. publ.
 n. 9.* Inprimis ex illa ratione, quia cursus publi-
 ci ibi species angariarum erant *t. t. C. de Curs.
 publ. angar. &c. Sixtin. de Regal. l. 2, tit. 12.
 n. 313.* Nemo autem subditos angariare i. e. com-
 pellere poterat nisi solus Imperator.

§. IV.

Cùm vero Status Imperii uti omnia regalia, i-
 ta & ea inprimis ex quibus totum Postarum ne-
 gotium (*vid. §. 2.*) consistit atque componitur,
 exercean, cum inquam, ipsi subditorum actio-
 nibus legem dicere, Civib9 commercio cū aliis in-
 terdi-

terdicere, Salvum conductum ac alia privilegia concedere, legesque vi superioritatis territorialis in suis provinciis condere possint; facile apparet, & certum omninò est, Statibus in suo principatu plenissimè jus constituendi postas competere. Ut proindè frustra ipsis hac in parte lis moveatur; de qua Vid. *Hörn. de Regal. Post. jur. per tot.* & scripta, quæ nuper inter Dn. Ackolt, & Cæsar. Turrianum prodierunt: Quorum ille in *seinem gründlichen Unterrichts vom Postwesen* jura statuum, hic vero in *seinem Glortwürdigen Abler* jura Imperatoris defendit: A qua verò controversia justis de causis in præsens abstinemus.

§. V.

His vero ita suppositis, spontè fluit, curam quoque postarum, earumque cognitionem, & plenissimam circa illas jurisdictionem statibus competere *arg. l. 2. ff. de Jurisd.* Idque verum est, etiamsi alius quis jurisdictionem in illis locis ubi posta transit, foveat. Vid. Dd. apud *Hörn. de Post. Jur. c. 18. p. m. 286.* Adèò, ut criminis in cursu publico commissi cognitio non ad eum pertineat qui in illis locis merum & mixtum imperium habet, sed ad solum principem, qui semper regalia suæ cognitioni reservasse videtur, adeoque solus de illis cognoscere potest; uti in pari causa inter Saxonix Duces & Erphordiensès ju-

dicatu refert *Sixtin. de Regal. l. 2. c. 2. n. 16.* et si Disfentiat *Rosenth. de Feud. c. 5. concl. 21.* cum plurimis præjudiciis. & Dd. apud *Otto de Jur. publ. c. 11. p. 411.* §. VI.

Quidli tamen alius sit Dominus territorii & viæ, alius vero jus conducendi in eodem territorio habeat, (uti exempla sunt apud *Dn. Coccej. in Jur. Publ. c. 14. §. 14. & c. 23. §. 39. Wehn. Obs. pract. voce Glaid. Sixtin. de Regal. l. 2. c. 2. §. 45.* ad quem nam pertinet cognitio criminum circa cursus publicos commissorum? *Resp.* Ad eum qui jus conducendi habet. Idque [1] quia ipse damna spoliatis refarcire tenetur per *R. l. 1559. §. 34. Wehn. d. l. Gail. l. 2. obs. 64. Sixtin. de Regal. l. 2. c. 2. n. 35.* ubi id præjudiciis quoq; firmat. *n. 36. & 37.* & aliis, *Rosenth. c. 5. concl. 22.* Add. *Borcholt. ad c. un. quæ sunt regal. n. 27. seq. Wurmsf. L. 1. Obs. 6. Otto de Jur. publ. c. 11. p. 410.* hinc etiam de illis ejus erit cognitio [2] quia vectigalia & pedagia colligunt, ut tuta conferrent itinera, vid. *Gail. 2. obs. 94. n. 5.* ast verò sine cognitione & punitione facinorosorum securitas illa consistere non potest. *Sixtin. de Regal. l. 2. c. 7. n. 39. Wehn. d. l.* Idque [3] ita praxi receptum testantur præjudicia Camerae in causa *Brandenburg contra Nürnberg/ Sixt. dict. loc. Wehn. d. l.* atque ita in summo consilio status Elect.

Elect. Pal. conclusum ait *Dn. Coccej. d.l. §. 42.*
 §. VII.

Quid si cursor vel persona quaedam cursu
 utens interfecta inveniatur in confinio duorum
 territoriorum cui nam cognitio competit? Resp,
alii quod ei competat, in cuius territorio pars in-
 fima occisi seu pedes positi cernuntur uti *Hörn.*
c. ult. theor. 3. Niell. Diss. feud. ult. Hoen. Diss.
ad Inst. pen. quia scilicet ad lapsum seu casum ante
 omnia pedum titubatio requiritur, quæ ut pluri-
 mum in eo territorio fit ubi delictum committi-
 tur: *Alii* ei, in cuius territorio caput tanquam prin-
 cipalis pars hominis est *Berlich, dec. 62.* illamq;
 praxi receptam dicit *Wehn. obs. pract. voc. Glaid.*
Alii ei, ubi Cor. Vid. Dd. apud *Hörn. d.l. Alii* a-
 liis *Hörn. d.l.* Sed adeò inanes horum omnium
 sunt rationes ut nec refutationem mereantur:
 Nos ergo veriore sententiam secuti, utrique
 cognitionem in dubio tribuimus, cum enim lo-
 cus ipse, & quæ ei cohæret iurisdictio sit com-
 munitis, cognitio quoque de delicto in tali loco
 commisso necessario erit communis: Atque hæc
 est communis sententia *Bald. in Leg. 2. c. ubi de*
Crim. n. 2 & in Tract. de jurisd. omnium jud.
n. 4. Bachov. V. I. D. 19. th. 4. Praxi quoque re-
 cepta *Carpz. p. 3. quest. 110. n. 37. Clar. §. fin. qu.*
38. n. 11. Wehn. pract. obs. voce Glaid. ibiq; Dd.
 Adeò

Adeò ut, si verè in confinio commissum fit, nec præventioni locus fit, quia hæc supponit duo territoria, & duas Jurisdictiones, hic vero & unum est territorium, & una jurisdictio pluribus pro indiviso communis. *Disput. Dn. Coccej. de fund. in territ. juris d. tit. 4. §. 20.* ubi Dissent. *Panorm. ad cap. ult. n. 26. x. de for. comp.*
 §. VIII.

Uti vero nullum commodum est quod non habeat sua incommoda, ita hoc quoque regale postarum jus statibus valde onerosum est. Princeps enim uti ante jam monuimus, vias publicas reparare debet, quia ideo à transeuntibus vectigal aliquod solvendum est *Brunn. C. tit. de Curs. publ. n. 27. Christ. Vol. 5. dec. 157. n. 8. Menoch. Conf. 1201. n. 31.* Adeò ut cerebrina sit distinctio inter vias rusticas & urbanas, quasi in his refectio illa fieri debeat, non in illis, nam si sunt viæ publicæ, semper & sine distinctione pertinet refectio ad principem, si privatæ, ad possessorem.

§. IX.

Prætercâ, si damnum aliquod rebus vel personis postâ utentibus datû sit, Princeps & Dominus territorii ex duplici capite obligabitur, & quidem [1] ex suo quasi contractu, dum publicè recipit res, & personas, & sic publicam quoque profitetur securitatem *L. 1. §. 1. & §. 2. ff. Naut. Caup.*

Caup. Unde oritur actio de receptis. *Arg. d. l. §. 3.*
 ad simplum *L. 1. §. 1. eod.* [2] ex facto illicito, &
 mala electione, si damnum ab illis detur, quorum
 operâ Princeps utitur, & quorum fidem elegit;
 hos enim suo periculo adhibere censetur *arg. l. 7.*
pr. eod. quia culpæ reus est, qui operâ malorum
 hominum utitur *L. 5. §. f. ff. de Obl. & Act. §. f.*
Inst. de Obl. quæ quas, ex del. Atq; hinc descendit
 actio in factum, *arg. l. 6. dict. tit.* Quæ olim ad
 duplū dabatur *L. f. §. 1. dict. tit.* Hodie verò, & mo-
 ribus est rei persecutoria. *Grænov. ad d. l. fin.*
Gudelin. de Jure Novis. l. 3. c. 13. Sim. von Le-
wen l. 5. cens. for. c. 30. n. 3. quia hodie omnes
 pœnæ privatæ cesant *Dn. Coccej. Hyp. Inst. tit.*
de act. §. 23; Add *Struv. de Naut. Caup. §. 116.*
 Ex quibus apparet quam verum sit quod ait
Schilt. Exerc. ad ff. 12. §. fin. Quæ de Nautis,
Cauponibus, & stabulariis disposita sunt, me-
ritò & ad cursum publicum pertinent & po-
stas publicas, ut vocamus.

§. X.

His consequenter statuimus, Principem omne
 damnum, rebus vel personis illatum, refarcire de-
 bere. *Non tantum* si à fure & prædone, quovis-
 ve extraneo, est datum [1] *arg. l. 1. §. f. Naut. Caup.*
 nam quod hic juris est in nautis & c, idem in postis
 recipi debet. *§. præc. [2]* Quia recipiendo promittit
 publicè

blicè securitatem, hanc proinde etiam præstare tenetur. Accedit [3] quod ideò vectigalia à transcuntibus solvantur, ut viæ securæ reddantur; si igitur Princeps securum non præstat iter, ideò conveniri poterit: *Horn. c. 18. Theor. 13. p. m. 388. Gail. l. 2. obs. 64. Conf. latè Dd. sup. s. 6. Sed etiam, & multò magis, si damnum detur ab ipsis postarū præfectis vel eorū officialibus: Tum quia princeps promittit securitatem ratione extraneorū, nedum ratione suorum officialium, tum propter malam electionem vid. §. præced. Principi enim imputatur, quod tales præposuerit homines, quorum fidem perspectam non habuit. L. 19. pr. de Reg. jur. atque hæc est communis opinio. Berl. p. 5. concl. 50. n. 31. Sixtin. de Regal. l. c. 2. c. 2. n. 36. & in Gallia quoque ita observari tradit Choppin. de Leg. Acad. c. 59. n. 1.*

§. XI.

Princeps autem in hoc negotio præstat culpam levisimam, quia hæc præstat in omnibus negotiis ultrò susceptis. L. 21. C. Mand. uti id asseritur de mandatariis in L. 13. C. Mand. Negotiorū gestoribus l. 24. C. Usur. §. 2. Obl. quæ q. ex Contr. Opificibus, aliisque qui operas suas locare solent. L. 9. §. p. Locat. Sic si venditor se offert & custodiam recipit §. 3. Inst. Emt. Vend. L. 35. §. 4. Contr. Emt. vel si aliàs quis negotiis se offert
l. 1.

l. 1 §. 35. depos. adeoque etiam eandem præstabit
in nostro casu. *L. 3. §. 1. Naut. Caup.*

§. XII.

Aliquando tamen actiones illæ cesfant, nec
contra principem intentari poterunt, etsi damnū
datum sit: Uti si casu contigerit, hunc enim solus
dominus præstat. Vel, si culpa ipsius iter facientis
eveniat, de quo vid. *infr. c. 3. §. 4.* Aliquando ve-
rò Princeps quidem obligatur, sed regressum con-
tra suos Magistros, ipsosque cursores, salvum re-
tinet, de quo *cap. seq.*

CAPUT II.

*De jure circa postarum præse-
ctos, eorumque officiales.*

§. I.

Non omnia principes ipsi administrant, nec
uti Pythagoras [vid. *Ælian. in suis var. hist.*]
omnibus adesse locis possunt *l. 7. C de Prof.
& Medicis.* Inprimis in illis negotiis, quæ plus
laboris quam difficultatis habent, hinc fidelium
ministorum utuntur operâ, eligunt consiliarios,
qui ut verbis Taciti utar, *Ann. L. 1. c. 11. facilius
munia reipublicæ sociatis laboribus exequun-
tur.* Ita pari ratione postarum cura atque di-
rectorium non ab ipsis Principibus, sed per ma-
gistros

gistros, eosque vel hæreditarios vel temporarios, hisque subjectos officiales, expediri solet. Vid. *L. 6. C. princ. agent. Hörn. c. 6. p. 55.*

§. II.

Cum ergò horum fidem eligat Princeps, ex eorum quoq; facto cum obligari probavim9 *cap. prac. §. 9. Et seq.* Si tamen magistrorum concurrat culpa, tunc contra hos salvus Principi erit regressus: Uti (1) si, cum potuerit per locum consuetum ire postea, præfectus cursum mutare jusserit *vid. cap. prac. §. 7.* (si non potuit, adhuc obligabitur Princeps *Sixtin. de Regal. l. 2 c. 2. §. 40.*) (2) Si in suam fidem recepit, nam pacto aliquis casum in se recipere potest, (3) Si literas vel res, postea mandatas, non rectè custodivit. (4) Improvido cursori rem tradidit, nam præfecti quoque postarum ex mala sua electione tenentur *arg. l. 6. §. 3. l. f. ff. Naut. Caup. Hörn. c. 20. theor. 3. in f.* (5) Si præfectus malum equum concessit, indeque damnum datum sit; Uti ita judicatum in curia Parisiensi refert *Limn. Addit. p. 253.* Vel denique (6) si alio modo culpam committat, de quo *vid. Hörn. c. 13. theor. 18.* Non verò (7) si casu contingat, *vid. cap. preced. §. fin.*

§. III.

Hi tamen magistri iterum suum regressum adversus cursores habent, si horum culpa damnū datum

datum apparet. Uti (1.) si fustibus excipiant equos, eoque damnum dent. *L. 1. C. de curs. publ.* hodie quoties durius tractant. *Brun. C. de curs. publ. n. 22. Christ. dec. 156. n. 10. Vol. 5.* Pariter & (2.) si nimium grauent eqyvm *Brun. d. l. n. 21.* vel (3.) ipsi suâ authoritate insolitâ utuntur via. §. *præced.* Vid. omninò *Hörn. c. 18. theor. 13. n. 5.* (4.) Rem suâ negligentia perdant, aut (5.) casum receperint §. *præced.*

§. IV.

Quid si re peremptâ & damno dato cursor dicat casu, rei verò dominus culpâ cursoris rem periisse? valdè quærunt Dd, cui nam incumbat probatio? Plurimi sunt qui asserunt, tabellarium probare debere sine sua culpa periisse: Vid. *Hondede. V. 1. p. 2. conf. 19. n. 17. & 18.* Exemplo Nauræ Cauponis & stabularii, qui casum allegantes probare debent, illum citra suam culpam contigisse per *L. 2. C. de Naufr. Laut. tit. Naut. Caup.* Ast contrarium omninò verius putamus; & potius læsum, qui culpâ cursoris rem periisse affirmat, illam probare debere, asserimus. Equidem, hoc negari non potest, præfectum postarum, cursorem, &c. qui affirmant rem periisse, hunc interitum qui facti est, tanquam fundamentū intentionis, probare debe-

re arg. l. 5. C. pign. act. ibiq. Brunn. Trent. ac. l. 3. tit. de pign. resol. 3. n. 2. Carpz. p. 2. const. 26. def. 17. & de hoc loquitur textus in d. l. 2. Hoc jam, vel juramento saltem, probato, præsumitur rem sine culpa cursoris periisse, donec læsus aliud probet. Idq; (1) quia quilibet homo præsumitur diligens & bonus, donec probetur contrarium cap. 16. de presunt. & latè Barbof. cap. 30. Axiom. 9. (2) Qui aliquid affirmat, & culpam alteriterius asserit, hoc fundamentum suæ asseritionis probare debet. L. 2. ff. probat. Atq; ita (3) praxi obtinere, onusque probandi ei incumbere qui culpam seu negligentiam alterius allegat, aliquot præjudiciis testatur Carpz. p. 2. const. 26. def. 17. 18. & 19. Add. Id. const. 11. def. 26. n. 5. 7. Hartm. Pist. part. 1. qv. 49 n. 3. Laut. tit. loc. cond. in fin.

§. V.

Quæstio moveri solet, an Præfectus omnibus cursu usuris de equo prospicere adeoque omnes advenientes recipere teneatur? Negat hoc Horn. c. 15. theor. 38. sed contrarium verius nobis videtur arg. L. un. §. f. ff. furt. adv. naut: Ubi caupo iter facientes repellere nequit, idque praxi obtinere tradit Mer. p. 3. dec. 63. n. 1. Illustr. Dn. Stryk. in Ul. Mod. ad tit. Naut. Caup. Eandem autem esse rationem cursus publici ac nautarum, cauponum & stabulariorum, vidimus sup. c. 1. §. 9. Neq; obst. l. 1. §. 1. Naut.

Naut. Caup. ibi. nam est in ipsorum arbitrio ne quem recipiant. Resp. est in eorum arbitrio antè quam publicè profitentur cauponam &c. Si vero exercent, omninò recipere tenentur. *God. ad d. l. 1.* Excipe tamen casum si equi non adsint, vel ad caufanì publicam equi referrentur. vid. *Hörn. d. l.*

§. VI.

Quæritur porrò, an præfectus obligetur si aliq, quam ei, ad quem literæ vel res diriguntur, bonâ fide tradat? Neg. cum enim præfecto cogniti non sint omnes homines, per naturam scire nequit ad quem literæ pertineant, adeòque potius illi imputari debet, qui moram committit in requirendis suis literis, inprimis, quia aliàs præfecto nemini tutò literas reddere posset: Ut proinde dicendum potius sit, neque Principem, neque præfectum hætenùs securitatem promittere, sed casum hunc esse, quem ille, ad quem literæ directæ sunt, præstat.

§. VII.

Quid si præfectus vel cursor pecuniam sibi traditam in proprios usus convertant, an furtū committunt? Affirmat hoc *Hörn. c. 16. theor. §.* & rectè quia contractatio non solū naturali rerum amotione fit, sed & abusu rei ex justa causa apud se existentis *L. 19. depos. l. 54. pr. §. 1. ff. l. 52. §. 16. l. 2. §. 1. tut. Et rat. l. 33. furt. l. 8. C. l. 45. l. 66. l. 67. eod:*

eod. Neque obstat, quod Dominus non sit in-
 vitus, quia ultrò & spontè tradidit, adeòque fur-
 tum esse non videtur. *Vid. §. 7. Inst. de furt.*
l. 48. §. 2. eod. Sed Resp. tradita est pecu-
 nia præfecto & cursori eâ lege, ut aliò defera-
 tur, si ergo hanc legem non implent, omninò in-
 vito domino pecuniam illam penes se retinent,
 & sic aliquid contrectant. Exc. si adnumerata
 sit pecunia eâ lege præfecto, ut in alio loco tantun-
 dem solvat, tunc enim mutuuum est: *L. 2. pr. §. 1. C.*
2. Reb. Cred. l. 3. eod. & præfectus, si fidem fallit,
 conditione certi ex mutuo compelli potest.
Quicquid Dis. Horn. d. l.

§. VIII.

Dominus autem non tantum agere potest ad
 pecuniâ datam repetendam, sed & usuras ex mora,
 nam depositarius quoque ita obligatur, si pecu-
 niâ depositâ utatur. *Leg. 29. §. 1. l. 3. l. 4. c. b. Carpz.*
l. 4. Resp. 55. Ita mandatarius quoque usuras ex
 mora præstat per *l. 32. §. 2. de usur.* Neque ha-
 ctenus de eo dubitatur: Sed dubium saltem in
 eo hæret, an talis præfectus ad ordinarias tantum,
 an vero ad centesimas usuras obligetur? Videtur
 hoc dicendum propter *l. 38. ff. de Neg. gest.* Nos
 verò id negamus: *Tam de jure, arg. l. 10. §. 3. mand.*
 utpote ubi mandatarius pecuniam in suos usus
 convertens, ad ordinarias saltem tenetur, quam
 in

in foro, ubi centesimæ usuræ ferè cesant. *Brunn. ad l. 23. C. usur.* Neque aliquid in contrarium probat *d. l. 38.* Quia loquitur de negotiorum gestore, qui non accepit ab amico nummos, sed sibi sumsit ex administratione; de his enim constitutum est, *ut integram & abstinentem omnino lucro præstare fidem deberent*, idq; sub pœna maximarum usurarum.

§. IX.

Sed quid si pecuniam, quam nomine Principis pro rebus & literis transferendis accepit, penes se retinuit, quâ nam actione convenire potest? Resp. actione de residuis, *Phil. usupr. Inst. L. 4. Ecl. 96. n. 1. & 3.* cujus pœna sat levis est, (nam non tam auferre rem silco videtur, quam malè administrare *l. 55. ff. de Adm. tut.*) & tantùm tendit ad infamiam & tertiam partem ultra debitum *l. 4. §. 5. ad L. Jul. pr.* Hodie verò pœna obtinet gravior. *Dn. Coccej. in Hyp. Instit. L. 4. tit. fin. §. fin.* pœna nimirum extraordinaria, & pro arbitrio judicis vel pecuniaria, vel carceris, aliquando etiam mortis infligitur. *Phil. d. l. 12. 6. seq. Berl. p. 5. conclus. 57. n. 31. seq. Carpz. pr. cr. qu. 85, Petr. Ca-ball. resol. crim. cent. 1. cas. 99.*

§. X.

Quid ergò juris de præfecto vel cursore, qui literas retinent, vel in itinere abjiciunt, & nihilominus

D

minus

minus integram mercedem accipiunt? Remis-
sivè hanc quæstionem tractat Vir Excellentiss. &
de Jurisprudencia meritisimus Dn. *Siegfr. Ring.*
in Dissert. de Inspect. alien. lit. cap. 3. §. 15. Deci-
dit eam Hörn. *de Regal. post. jur. cap. 13.* & as-
serit, falsum hic non committi sed stellionatum,
secutus *Thomium dec. 34.* cui sententiæ no-
strum quoque calculum, novis quibusdam ratio-
nibus adducti, addimus; idq; (1) quia falsum tùm
demum dicitur quando facto ipso aliquid muta-
tur in præjudicium veritatis *Nov. 73. princ.* adeò
ut (2) si saltem instrumentum falsum recitetur, ideò
cesset poena *L. Corn.*, quia factum nihil est *L. 13.*
in fin. L. Corn. de fals. idem est (3) si instrumentū
subripitur, nam tunc quoque nulla actualis est
mutatio veritatis *L. 18. pr. eod.* Adeò ut (4) tan-
quam singulare in testamentorum suppressione
id reputetur *d. l. 16. pr.* Accedit (5) quod tunc de-
mum celatio literarum falsi nomine veniat, si eo
animo fiat *ut verum non appareat d. l. 16. §. 2.* At
verò in nostro casu celantur literæ spe lucri, &
ut pecuniam retineat præfectus. Hinc est, quòd
poena quoq; stellionatus extraordinaria, uti olim
ex *L. 3. §. 1. ff. Stell.* ita hodiè etiam infligi pos-
sit. *Mench. Arb. jud. quest. L. 2. cas. 381. n. 4.*
ibique *Dd. Gregor. L. 39. Synt. Jur. c. 14. n. 4.*
Carpz. L. 3. q. 133. n. 3. Quæ poena vix ad mor-
tem

tem extēdi potest *Carpz. ov. d. q. 133. n. 25.* nisi
agatur de pernicio Reipublicæ &c. *Parif. Conf.*
124. n. 15. L. 4. Capycius dec. 30. n. 6. Carpz. d. l.

§. XI.

Quid si officium cursorium literarum tradi-
tionem moretur, & damnum exinde datum fit
vel mittenti, vel ei, ad quem literæ mittuntur?
Resp. Tenebitur præfectus ad omne interesse
propter moram; & præterea ipsæ literæ actione
ex *L. un. C. de sent. quæ pro eo &c.* institutâ peti
possunt, tradente ita Celeberrimo Jcto in ante
alleg. elegantiss. *Disfert. de Inspect. alien. lit. C. 3.*
§. 12. ubi addit exceptionem, nisi ideò retineat,
quia precium literarum solutum non est. *Vid.*
cap. 4. infr.

CAPUT III.

De Jure circa personas & res
Postea commissas.

§. I.

EX præcedentibus repetendum est, Principem
ejusq; præfectum dupliciter teneri, *tum* de
receptis, *tum* in factum actione, *illam* ex
quasi contractu & publicâ professione securita-
tis oriri, *hanc* verò esse ex quasi delicto, quod
malæ electioni innititur, demonstravimus *cap. 1.*

D 2

§. II.

§. II.

Hinc apparet, quod, si unus viatorum fur-
tum faciat alii, nihilominus Princeps damnum
refarcire teneatur, non quidem actione in factū,
(nam cum illorum viatorum operam Princeps
non elegerit, non poterit ob malam electionem
teneri) sed actione de rebus, quia recipiendo
res, omnibus promittit securitatem. *arg. l. 1. §. f.*
Naut. Caup. Brun. in parat. 9. eod. tit. q. 9.

§. III.

Quando verò læsio facta, & damnum ali-
quod datum est; Quæsitum aliquando memi-
ni, quis nam quantitatem vel valorem rei amis-
sæ probare debeat? Resp. qui allegat sibi damnum
datum esse, ille necessariò valorem quoq; rei suæ
saltem juramento docere tenetur, tum, quia id as-
ferit *L. 2. C. probat.* tum, quia vix est, ut adversa-
rius rerum mearum & valoris earum notitiam
habeat. Idque ita confirmat *Brun. d. l. & Struv.*
Ex. 21. th. 41. & tit. Naut. Caup. §. 109.

§. IV.

Cessant autem hæ actiones (i) quando læsi
culpa concurrat, nam quod quis suâ culpâ da-
mnum sentit, non intelligitur sentire *l. 203. ff. Reg.*
Jur. Contingit id autem si v. g. nimium excitando
equi furore corripiantur, & inde damnum detur,
hoc enim sibi habeat instigator, aut si per aliam
quam

quam solitam viam eundo damnū acceperint ho-
spites; hic enim Princeps non promittit publicam
illam securitatem *A. B. tit. 1. ibiq; Arumæ. c. 1. th. 22.*
Hörn. p. 388. Gail. 2. Obs. 64. Zas. vol. 1. conf.
14. n. 8. Brun. C. de Curs. publ. n. 17. Sixtin. de
Regal. l. 2. c. 2. n. 40. Borcholt. ad cap. un. quæ
sunt regal. n. 29. Otto de Jure publ. cap. II. pag.
411. Sic eodem modo, si res prohibita postæ impo-
sita pereat, quales in Imperio sunt omnes res, ex-
ceptis literis, *Hörn. c. 17. theor. 17. & c. (2)* Si mero
casu contingat, v. g. fulmine & c. *arg. l. 3. §. 1. Naut.*
Caup. Casum enim semper præstat rei dominus.
Vid. in Cap. præced. §.

§. V.

Quin aliquando ipse Princeps contra hujus-
modi viatores habet actionem, v. g. si fustibus e-
quum percutiant, & ille pereat, (non si calcaribus,
vel flagello) *Christ. V. 5. dec. 156. n. 10.* ubi ita sæ-
pius judicatum refert, vel, si cursorem, den *Pos-*
stillion / non fuerint secuti, sed antecurrerint,
Hörn. c. 18. theor. 15. modo non ex vitio natura-
li equus ceciderit *ibid.*

§. VI.

Quær. An iter facientes teneantur pati res
suas perquiri? Aff. Si legem hanc Princeps di-
xerit, quod facere potest ex utilitate publica, ne
specie transitus alienigenæ merces invehantur aut

ipse vectigale fraudetur. Adeò ut renitens sus-
spectum se reddat. *Brunn. C. tit. de Curs. publ.*
n. 12. & arbitrariâ poena teneatur, *Christ. decis.*
156. n. 15. ubi ita iudicatum refert.

§. VII.

Posta verò est locus privilegiatus, utpo-
tè ubi autoritate publica securitas promittitur, &
salvus conductus semper & ipso jure concessus
videtur, quem, si quis violaverit, non potest non se-
verior contra violantes poena statui: Unde omnes
illæ poenæ fractæ securitatis publicæ, & violati sal-
vi conductus locum hic habent, quas latè recenset
Menoch. de Arb. jud. quest. cas. 336. & 337. Myns.
decad. 6. Resp. 52. & remissive *Sixtin. de regal.*
L. 2. c. 2. n. 47. Ita enim (1) Poena legis Jul. de vi
publ. (quæ hodiè arbitraria est, *Carpz. ov. qu. 40.*
n. 7. & qu. 35. n. 14. & 31. Brunn. ad l. p. ff. L.
Jul. de vi p. & ad L. 7. C. eod. n. 8. Struv. §. 46. h.)
hic locum habet, quia hodiè vis publica ex loco
quoque reputatur. *Laut. ad Leg. Jul. de vi publ.*
Quin (2) Poena læsæ Majestatis hic quoq; locum
habere putant, quia scienter securitatem publicã
à principe concessam violat. *Boer. dec. 179. n. 2.*
& 3. Zas. Cons. 15. L. 1. Paul. de Castr. in ant. p.
2. cons. 422. in 6. Col. quod tum admittit Bart.
in L. 3. §. transfug. ff. ad L. Jul. Maj. si tali privile-
giatæ personæ mors inferatur, alias tantum arbi-
trariam

trariam poenam locum habere ; quod sequitur
Menoch. Arb. jud. qvæst. L. 2. cas. 336. § 337. in pr.
 Sed neutrum admittendum putamus, nisi animus læ-
 dendi rempublicam vel principem accedat *L. ult.*
ff. L. Jul. Maj. (3) Concurrunt quoque poenæ
 ordinariæ ex *L. Corn. de Siccariis, L. Aquilia, inju-*
riarum &c. (4) Si ipse magistratus securitatem
 hanc violat, datur contra eum in subsidium actio
 in factum. *Myns. decad. 6. Resp. 52. n. 5* ad pœ-
 nam extraordinariam secundum qualitatem per-
 sonæ læsæ, & atrocitatem delicti. *Myns. d. l. n. II.*
Guid. Pap. quæst. 418.

§. VIII.

Ut proinde minus rectè contra violatorem
 securitatis conditionem ex Lege vel actionem
 in factum decernat *Horn. cap. 18. theor. 2. num. 5.*
 Cum enim ille actiones sint subsidiariæ, per *L. un.*
ff. cond. ex Lege. L. II. de Præscr. ob. §. f. Inst. ad L.
Aquil. Franzk. ad tit. de P. V. n. 77. semper
 cessant, quoties ordinariæ, uti hic, (*vid. §. præced.*)
 adsunt. Vide tamen casum, *§. præced. n. 4.*

§. IX.

Ultimo loco notandum, injuriam quæ in a-
 liquem postâ utentem committitur, atrocem cen-
 feri: (nam etiam ratione loci augetur injuria *Phil.*
Usupr. Inst. L. 4. Ecl. 32. n. 5.) adeoq; etiam graviori
 poena coercendâ esse, *vid. §. 7. §. 9. Inst. de Injur.*

L. 16. poen. Harpr. Inst. de Injur. §. 9. n. 2. Schneid. ibid. adeo ut ad manus quoque amputationem aliquando procedi possit. Phil. d. l. n. 6. seq. Harpr. d. l. n. 6. Carpz. p. 4. const. 13. def. 9. n. 7. seq. ubi plurimis præjudiciis hanc sententiam firmant.

CAPUT IV.

De Officio aliorum erga Postas.

§. I.

Demonstravimus in præcedentibus, Postas privilegiatas, autoritate publica constitutas ac singulari securitate munitas esse: Unde non immeritò inter res sanctas referuntur, ut potè cum sanctione quadam, i. e. poenali constitutione ab injuriis hominum defendantur. *vid. L. 8. pr. & L. 9. §. 3. Rer. div.* Hinc est, quod in Imperio nostro Postæ specialem habeant protectorem, nimirum Electorem Moguntinū. *Hörn. p. 338.*

§. II.

Effectus hujus sanctimonie sunt; quod eam violans committat vim publicam, injuriam atrocem, aliquando & crimen læsæ Majest. *c. preced. §. 7. & 9.* Quod delicta ordinaria & poenæ quoque ordinariæ, si circa Postas committantur, augeantur atque aggraventur: Ita furtum magnū simplex (quod alias arbitrariè saltem punitur

O. C.

O. C. art. 160.) quod N. in pecunia postæ mandata fecit, fustigatione punitum est in Facultate Viadrina anno 1701. mense Decembri.

§. III.

Qu. An postæ ab hoste violari ac spoliari possit? simpliciter id negat *Hörn. c. 10. theor. 2. n. 3.* Nos vero distinguimus *inter* res & literas hostiles, & *inter* res literasque amicorum, *illæ* enim jure belli violari intercipi & impediri omninò possunt, neque privilegia postæ concessa, hostem obligare possunt, ut proinde hætenùs apertè falsa sit *Hörn.* sententia. *Vid. Disputat. Dn. Coccej. de Bello in Americ. §. 32. Grot. L. 3. cap. 1. §.* & in terminis *Pfeil. Conf. 195.* adeo ut ille, qui, cum posset, literas hostis non intercipit, læsæ Majestatis reus sit. *Vid. Excell. Dn. Ring. d. Disf. c. 2. §. 13.*

Hæ verò etfi in hostili inveniuntur territorio, occupari, corrumpi, & impediri nequeunt, quia res hostiles non sunt, nec bellum cum dominis harum rerum & literarum geritur, ut proinde non nisi injuriâ detinerentur & impedirentur. *Dn. Coccej. d. l. Grot. L. 3. c. 6. §. 6. & 26.* Secus tamen est, si faciant ad augendas hostium vires, tunc enim desinunt esse res mediæ, & hostiles esse incipiunt, per tradita *in d. Disf. Dn. Coccej. §. 17. §. 33. seq.*

E

§. IV.

Neque obstat quod *Hörn. d. l.* ait: *Veritatis copiam si quid in alterius castris agatur, rerum velociorem expeditionem, literarum faciliorem transmissionem, sumtuum laudabili parsimonia, haberi posse.* Verum cum hæc respiciant partim nostram, partim hostis nostri utilitatem facile, apparet nos & nostræ utilitati, prohibendo postas, renunciare, & hostium utilitatem jure belli quocunque modo impedire posse. Inprimis quia literarum commercium ansam prodicionibus præbere solet: etsi vero *Hörn. d. l.* huic regerat, *partem adversariam non minus illam metuere debere, non tamen perpendit, melius esse præsentis nascenti malo occurrere, quam post vulneratam causam remedium querere.* L. 1. C. quando lic. un. L. f. C. in quib. caus. rest. non.

§. V.

Quid si alius meas literas redimat, resignet, & legat? De hac quæstione elegantissimè scripsit Excell. Dn. Ring. in toties commendata Disput. de *Inspectione alienarum literarum* ubi distinguit actus; si saltem vincula laxaverit literarum, aliquâ, sed mitiori, poenâ punitur. *Cap. 2. n. 2. & 3.* Si præterea inspexerit & legerit, committit fstellionatum, *d. cap. 2. n. 4. & 5.* de cujus poena *Vid. supr. c. 10. §. 2. & Dn. Ring. d. c. 2. n. 6. seq.*

fi deniq; revelet literarum secreta, falsum committit. *dict. disp. c. 2. §. 8.* cujus poena hodie est arbitraria, *Dn. Ring. d. §. 8. Thoming. dec. 34. Clar. §. falsum. num. 31. Laut. tit. L. Corn. de fals. in f. Carpz. qvæst. 93. n. 62. Brunn. in Parat. 30. ad Leg. Corn. de fals. qu. 7.* De his poenis egregie scripsit *Wurms. tit. 47. obs. 25.*

§. VI.

Sunt tamen plurimæ exceptiones, ubi non tantum licita sed aliquando & laudabilis est inspectio alienarum literarum. Latius singulos casus exhibet dicta Disputatio, quos tantum per indicem hic proponemus. Licita autem est (1) si fiat consentiente Domino. *d. c. 3. §. 18. seq.* vel eo rati habente *ibid. §. 37.* (2) Si fiat à principe, ratione suorum subditorum *ibid. n. 63.* Vel (3) à Duce militum *ibid. n. 80.* (4) Si sint literæ hostiles *ibid. n. 86.* (5) Si justè damnum aliquod ex literis metuat ac præsumat *ibid. n. 97.* (6) Si parentes liberorum literas aperiant *vid. d. c. 2. n. 104. seq.* aut (7) maritus literas uxoris *ibid. n. 114.* (8) Si ex errore contingat *ibid. n. 117. &c.*

§. VIII.

An verò Vasallus resignando literas Domini committat feloniam, feudumque amittat, anceps quæstio est? Sunt qui affirmant, Vid. *Rittersh. c. §. n. 24. Anton. Disp. 11. th. 3. l. f. Hondede.*

I. *Vol. cons. 105.* Ast contrarium verius putamus. (1) Quia in I. *F. 17.* & 2. *F. 7.* tum demum hoc casu felonia committi dicitur, si secreta alii manifestet, quod non facit si saltem resignet, (2) neque pugnat cum fidelitate scire domini secreta, modò aliis non revelet: Vid. *Dn. Coccej. Hyp. Jur. feud. cap. 8.*

§. IX.

Qu, An quis literas in posta relinquere, adèdque illarum redemptionem negligere possit, fortè quia titulus non rite est expressus &c. uti exempla refert *Dn. Ring. in dict. Disp. c. 3. §. 6?* De Jure communi affirmamus, quia nemo me obligare potest ut literas ipsius acceptem, vel pecuniam pro illis erogem, neque ulla actio ideo contra me intentari poterit. Ast in Marchia poena constituta est in eos qui literas ad se misas non redimunt, propter Rescr. *de An. 1687. d. 29. Dec.* Damit aber niemand seine Brieffe unausgelöst liegen lasse/habt ihr diejenige/so sich der Auflösung weigern solten/anzuzeichnen/und uns so fort einzuschicken/so wollen Wir ihnen das erste mahl von ihrem habenden gehalt das *porto* dreyfach abziehen lassen/und wann es mehr geschiehet/sollen dieselbe als Verächter unsrer Verordnungen/ihrer Dienste gar entsetzt werden. *Add. Rescr. de Ann. 1688. d. 19. Jan.*

CAP.

De Variis Postarum privilegiis.

§. I.

Variæ immunitates Postis cohærent, variaque privilegia earum officialibus sunt indulta, ex quibus luculenter apparet, quantum interfit Reipubl. hoc negotium sartum tectumque conservari; Vid. *Hörn. c. 18. theor. 1.* Cum vero nimiū indistinctè privilegia fingat Hörnik, regulam hanc præmittendam necesse duximus; Quod concessionem privilegiorū sint facti, adeoque non competant nisi probentur ab eo, qui factum illud allegat *L. 1. C. de mand. pr. Gail. 1. obs. 1. n. 9. Vult. 3. Cons. Marp. 35. n. 246. Barbof. L. 14. c. 105. §. 17. 47. & 48. Add. L. 12. §. 2. ff. Captiv. & postl.*

§. II.

Concessa autem Postæ sunt privilegia I. ob utilitatem & necessitatem publicam (ne impediatur cursus); hinc liberi sunt officiales à muneribus & oneribus publicis *Hörn. c. 18. theor. 3. & 5.* sed illis tantum quibus cursus impediretur, *vid. §. 6. infr.* Cursores qui in causa publica versantur, non sunt in jus vocandi *d. c. 18. theor. 14. in f.* A solitâ viâ deflectere, & commodiori uti possunt. *d. c. 18. theor. 12. & 13.* Omnes, postæ venienti cedere debent, ne cursus ejus impediatur: Si equus

E 1

mo-

moritur, vel alias inhabilis redditur; primum sibi obvenientem intercipere, eoq; uti potest. *Horn. d. c. 18. Theor. 16.* Equi cursorii non sunt prægravandi, neque plus quam 50. vel 60. libræ ipsis imponendæ *d. c. 18. theor. 22.* Neque arrestationis cingulo ligari possunt *Theor. 23. & 24.* Portæ quoque nocte diuque ipsis sunt aperiendæ. *Horn. c. 18. theor. 7. & 8.* Nisi ab alio quam domino territorii postæ constituantur. *d. theor. 8.* Nullum vectigal vel pedagium solvunt. *d. c. 18. theor. 4.* Cohæret eis salva guardia *c. 18. theor. 2. vid. sup.*

§. III.

II. Quædam privilegia moribus, itidem ex publica quadâ utilitate, introducta sunt, uti quod equitans ante cursorem teneatur de casu equi *d. c. 18. theor. 15.* quod equi cursorii non ligno & fustibus sed flagellis incitari debeant. *c. 18. Theor. 20. & c.*

III. Quædam vero ex mera voluntate Principis Ita das Rheinhausische Post-Ampt conjunctum habet jus venandi *d. c. 18. theor. 17.* Quod non sub sint ordinariæ jurisdictioni, hinc in terris Brandenburgicis constitutum, ut si quis aliis quam principis jussibus obtemperet, gratiâ ejus, & suo officio privetur *Rescr. de An. 1655. d. 9. Mart.* Quod cornu das Post-Horn nemo alius habere possit, id quod in Marchia sub pœna 12. aureorum & aliquando capitali prohibetur in *Rescr. de An. 1700 1. Mart. S.*

§. IV.

§. IV.

Ex his apparet, ad hæc privilegia non pertinere quod imperator in Statuum territoriis, iis in-
vitis, stativas seu *Post stellen* introducere possit:
Etsi id affirmet *Horn. c. 18. theor. II.* cum enim ipsi
status jure postarum in suis terris gaudeant, ipsi
quoque soli ejusmodi stativas extruere poterunt.
arg. L. 2. ff. de Jurisd. Add. sup. §. 2.

§. V.

Sic porrò verum non est, cursores esse instar
legatorum, adeoque etiam in bello, sive acceden-
tes sive recedentes inviolabiles esse, quicquid dis-
sentiat *Horn. c. 18. theor. 6. n. 1.* Ratio enim illi-
us privilegii juris Gentium, vi cujus legati sunt in-
violabiles, unica hæc est; quia sine securitate lega-
ti bellum foret perpetuum, nec unquam pax con-
ciliari posset. *Dn. Coccej. Diss. de Legat. Sanct.
non Imp. cap. 1. §. 9.* Tota autem hæc ratio ces-
sat in cursore, utpote qui nec pacis causa mitti-
tur, neque eo violato sequitur aliter pacem pro-
curari non posse: In hunc ergò cursorem saluum
jus belli manet.

§. VI.

Neque hoc ita in genere verum est, quod Po-
starum officiales ab omnibus oneribus immunes
sint uti autumat *Horn. c. 18. theor. 3. §. 5.* Nam
hoc verum de illis tantum videtur, quæ cursum
impe-

impediunt, adeoque excubias agere, tutelam vel curam subire &c. non tenentur, ast reliqua onera v. g. Schatzung / Schoß / Steuer / hospitatio-nes, salgamum &c. omninò præstant, quia privilegia sunt & facti *sup.* §. 1. & stricti juris, *per vulg.* nisi moribus quorundam locorum aliud obtineat, ut in terris Brandenburgicis, ubi ab omnibus oneribus civilibus liberantur.

§. VII.

Denique hoc observandum venit, quod *Horn.* c. 18. *theor.* 18. & 19. 20. &c. minùs congruè ait, equis quoque privilegia concessa & præmia ipsis constituta esse: Nam uti Lex non fertur nisi hominibus, sic etiam privilegium, quod ipsum lex est, brutis concedi nequit. Quod verò equi sint alendi, non prægravandi, non ligno, sed flagellis saltem incitandi, hoc non est in favorem equorum, sed ex publica utilitate, ne equi corrumpantur, eoque res Imperii negligantur: Uti hæc quoq; ratio affertur in edicto Ferd. III.

apud *Horn.* p. 408.

FINIS.



SUMMARI A.

Republica duabus continetur
rebus, proemio, & pœnâ.

§. 2. Id quod rationibus demonstratur.

§. 3. Gentiumque consensu.

§. 4. In primis Germanorum, idque
postarum exemplo porro decla-
ratur.

§. 5. Utilitas postarum intuitu Rei-
publicæ.

§. 6. Utilitas earundem intuitu pri-
vatorum.

§. 7. Omnibus Gentibus cursus ali-
quis publicus cognitus fuit: anti-
quisissimus exstat apud Persas.

§. 8. Unde transit ad Romanos.

§. 9. De Cursibus Germanorum con-
jectura.

§. 10. Postares nova est, etiam quoad
nomen.

§. 11. Propositum disputationis.

CAP. I.

§. 1. Jure naturæ unusquisque potest
nuncios mittere, adeoque postam
instituerè.

§. 2. Sed talem, quæ alios prohibeat,
& quæ conjunctum habeat saluum
conductum &c. sola summa po-
testas potest.

§. 3. Idque probatur ex Gentium praxi.

§. 4. Status tamen in suis territoriis
Jus postarum habere supponitur.

§. 5. Jurisdictio circa postas etiam ad
status pertinet, etsi alius ibi ha-

beat Jurisdictionem, vel merum
mixtumque Imperium.

§. 6. Si alius est Dominus territorii,
alius jus conducendi habet, huic
competit cognitio circa postas.

§. 7. Si in confinio duorum territori-
orum aliquis occisus invenitur,
cognitio utriusque communis est.

Adeo ut nec preventioni locus sit.

§. 8. Princeps vias publicas repara-
re debet.

§. 9. Præterea tenetur damnum in
posta datum resarcire, (1) ex
quasi contractu, (2) ex facto illi-
cito & mala electione.

§. 10. Adeoque non tantum si à fure &
prædone, sed & si ab ipsis officia-
libus datum sit.

§. 11. Princeps præstat culpam levis-
simam.

§. 12. Aliquando tamen liberatur:
aliquando vero regressum habet.

CAP. II.

§. 1. Principes non omnia ipsi agunt,
sed, uti plerumque, sic postas quoque
per suos officiales expedire solent.

§. 2. Horum ergo factum præstant, si
vero culpa eorum contingat, re-
gressum habet erga officiales.

§. 3. Et Magistri iterum erga curso-
res & subofficiales.

§. 4. Quis probeat casum vel culpam
rei?

§. 5. An

- § 5. An omnibus de equo prospicere tenetur praefectus?
- § 6. An praefectus obligetur, si alius quam ei ad quem literae diriguntur, bona fide tradat?
- § 7. Praefectus vel cursor pecuniam sibi traditam in proprios usus convertentes furtum committunt.
- § 8. Tenenturq; ad usuras ex mora, non tamen centesimas.
- § 9. Si pecuniam das Post: Gelb penes se retinent, tenentur actione de residuis; ubi de poena.
- § 10. Qui literas retinent vel abiciunt, non tenentur ex falso, sedstellionatu.
- § 11. Si officium cursorium moretur traditionem literarum, tenetur ad omne id quod interest; ipsae literae petuntur actione ex L. un. C. de Sent. qua. pro.

CAP. III.

- § 1. Princeps ex duplici capite obligatur, tum ex receptione, tum ex mala electione.
- § 2. Inde omne damnum etiam ab ipsis viatoribus datum resarcire tenetur.
- § 3. Latus damnum & ejus quantitatem probare debet.
- § 4. Quando cessent illae actiones contra Principem.
- § 5. Quandoq; Princeps contra viatorem agere potest.

- § 6. Iter facientes res suas perquiri pati debent.
- § 7. Postea habet saluum conductum, unde poena violati salvi conducty hic locum habent.
- § 8. Rejicitur Hörnick.
- § 9. Injuria hic commissa dicitur atrox.

CAP. IV.

- § 1. Postea res sanctae sunt.
- § 2. Ejus rei varii sunt effectus.
- § 3. An ab hoste violari possunt? aff. de literis & rebus hostilibus, non si ad medium aliquem pertineant.
- § 4. Objectio resolvitur.
- § 5. Si alius meas literas aperiat, & legat, varii gradus sunt observandi.
- § 6. Aliquando tamen id licitum est.
- § 7. Vasallus aperiendo literas domini non committit feloniam.
- § 8. Nemo literas suas redimere tenetur.

CAP. V.

- § 1. Privilegia non sunt fingenda, sed probanda.
- § 2. & seq. Postea concessa sunt privilegia quaedam
1. Ob utilitatem publicam.
 2. Moribus.
 3. Ex mera voluntate Principis.
- § 3. Non vero Imperatori jus statuas habendi in statuum terris.
- § 4. Cursores non sunt instar legatorum.
- § 5. Non sunt immunes ab omnibus oneribus civilibus.
- § 6. Equis nulla privilegia concessa sunt.

ERRATA.

- Pag. 23. L. 19. *depos.* lege L. 29. *depos.*
Ead. pag. L. 54. pr. §. 1. ff. L. 52. §. 16. add. *de furt.*
Pag. 24. L. 29. §. 1. L. 3. L. 4. c. h. lege L. 29. §. 1. ff. L. 3. L. 4. C. *depos.*
Pag. 25. L. 55. ff. d. *Adm. tut.* lege L. 55. ff. §. 1. d. *Adm. tut.*
Pag. 26. L. 18. pr. *cod.* lege L. 16. pr. *cod.*
Pag. 34. *supr.* c. 10. §. 2. lege c. 2. §. 10.
Pag. 33. cap. 1. §. lege c. 1. §. 5.
Pag. 38. *quada.* lege *quadam.*

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.







ULB Halle
004 827 791

3




*Made Rückgabe an OC
Ho 13.05.08*

VD 18







B.I.G.

Farbkarte #13

1703, 3a 16.
13

Q. D. B. V.
DISPUTATIO JURIDICA,
DE

REGALI POSTA- RUM JURE,

QVAM
AUSPICIIS DIVINI NUMINIS

EX
DECRETO ET AUTORITATE MAGNIFICI ICTO-
RUM ORDINIS IN ILLUSTRIS VIADRINA,
PRÆSIDE

DN. SAMUELE COCCEJO,
HENR. Fil.

J. U. D. & JURIIUM PROF. PUBL. ORDIN.
*Fauctore atq; studiorum suorum Promotore aternum
devenerando,*

Die XII. Maji Ann. M DCC III.
publicè defendendam
fufcipiet

URBANUS JOHANNES LÜBBECKE,
Schlaviâ - Pomeran.

FRANCOFURTI ad VIADRUM,
Literis CHRISTOPHORI ZEITLERI.

